

Antiqvae Lectionis Tomus ...

In Qvo XVI. Antiqua Monvmenta Ad Historiam Mediae Aetatis Illvstrandam,
Nvnqvam Edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1601

De naui, quæ trecentis viris immota, à quinquagenis, leuiter Eno immissa
est. Ode Diclos Hexastrophos. Metrum Trochaicum Archilochium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64144](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64144)

Illa deprecatur:

Sancte nos QVIRINE,

Adiuua misellas,

Ignibus repressis:

Ecce non habemus

Prorsus adiuuantem,

Tu misertus affe

Spem necessitati.

Vix sonus precanis

Imbuebat auras,

Ventus eleuatos

Fortis arcet ignes,

Quos ab æde tollens

Fæmina fidelis,

In alteras domos

Ferruliro citroque.

Paganus ille totus

Crisit, una mansie

Hæc domus superflues,

Martyris tutelâ.

Incola mirantes,

Hunc larem QVIRINI

Nominarunt inde,

Quod tutarit illum.

De naui, quæ trecentis viris immota, à quinquagenis le-
uiter Eno immista est.

ODE DICOLOS HEXASTROPHOS.

Metrum Trochaicum Archilochium.

PLEBS tuis QVIRINE festis

Affluebat aacris.

P 2

Quam

Quam iocunda fuit æstas,
Dum sacram petis tumbam
Ianuamque gratiarum
Quæ patescit omnibus.

Diues angit agmen, ENO
Ut nouam ratem vadis
Inferat; sed in regressu
Hoc agi sponderant,
¶ Deo prius studebant
Sacra vota reddere.

Attamen viri trecenti
Substitere circiter,
Egri aut labore vanè
Applicare dum student
Proximis aquis carinam,
Illa fixa perstinet.

Quinquies deni reuersi
Post soluta Martyri
Vota, rædio represos
Qui remanserant vident,
Tunc trahendo * pauci
Nomen inuocant pium.

Martyr inuocatus audit;
Nauis æcta labitur,
In fluenta fertur voltro;
Clamor intonat simul.
Luis boni sonat patroni
Ore plebium frequens.

Iusta disciplina claree
Vota negligentibus,
Puniens reos labore;
Evidensque gratia

HEN^C CAS^S
S^JJ
com^m
S^TV
Z 4

Vota comprobat peracta.
Gloria decus Deo.

Demilite Babinbergense, qui caballum voverat.

ODE DICOLOS TETRISTROPHOS.

Metrum duobus versibus Asclepiadeum, Tertius Pherecre-
tius. Constat Spondeo, Dactylo, Trochaeo.

Q Vidam miles erat captus ab æmulo,
Inclusus tenebris federat anxius,

Omni re miserandus,

Passus vincula diu s'pe dubitauerat,

Cunctis auxilijs deficientibus

Illi consilijsque.

Crox hostis ei claus'erat omnia.

Spiramenta spei, quem sepeliuerat

Intra carceris ima.

Tandem commemorans mentis in abdito,

Quantos eripuit casibus asperis

Clemens s'pe QVIRINVS;

Huic deuouit equum, qui fuerat domi

Conseruatus ei fortis & aptior,

Si se liberet inde.

Non dilata diu gratia; prodit

Vinctus liber, abit nexibus erutus,

Membris so'pes & acer.

Qui deuotus equum Martyris ad sacra,

Sicut proposuit limina deferens,

Valuis nec'lit habendas.